

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Doctrina siue doctor bn
cum fonte primo

Eum elige doctorem quem magis admireris
cum uideris quam cum audieris.

Seneca XXXV. epistola.

Ex his autem qui sunt eligamus non eos
qui verba magna celeritate praecipitant
et communes locos volvunt et in privato circulantur,
sed eos qui vita docent, qui cum dixerunt
quid faciendum sit probant faciendo,
qui docent quid vitandum sit nec umquam in eo
quod fugiendum dixerunt deprehenduntur;
eum elige adiutorem quem magis admireris
cum videris quam cum audieris.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae
morales*, 52.8 (L. Reynolds ed., vol.1, p.137, ll.19-26).